Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31237
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>



83

et pro

dicens · nisi tantum posito in terra capite · stratus pronus omnium de oratorio ad omnium pedibus Et hoc tam diu faciat · se projiciat usque dum abbas iudicauerit satisfactum esse Qui dum iussus ab abbate venerit · prouolutus se ante pedes ipsius abbatis · deinde omnium vestigiis ut orent pro eo Et tunc si iusserit abbas recipiat in choro · uel ordine quo abbas decreuerit · ita plane ut psalmum aut lectionem · uel aliud quid non presumat in oratorio imponere · nisi iterum iubeat abbas Et omnibus horis dum completur opus dei prosternat se in terra in loco quo stat · et sic satisfaciat usque dum ei iubeat abbas · ut quiescat iam abbas satisfactione Qui vero paulpis leuibus excommunicantur tantum a mensa · in oratorio satisfaciant usque ad iussionem abbatis Hoc semper faciant · usque dum benedicat · et dicat sufficit De hys qui peccant in oratorio · Capitulum xlviij

Capitulum 45.

Siquis dum pronunciat psalmum · aut responsorium · aut antiphonam · uel lectionem fallitur · nisi per satisfactionem ibi coram omnibus humiliatus fuerit · maiori uindicte subiaceat Quippe qui noluit humilitate corrigere · quod negligencia deliquit Infantes vero pro tali culpa vapulent De hys qui in aliquibus leuibus rebus delinquunt · Capitulum xlvi

Capitulum 46.

Siquis dum in labore · quolibet in coquina · in cellario · in ministerio · in pistrino · in horto · in arte aliqua dum laborat · uel in quocumque loco aliquid deliquerit · aut fregerit quipiam · aut perdiderit · uel quid extulerit · ubi et non venerit continuo ante abbatem · uel congregacionem ipse ultro satisfecerit et produxerit delictum suum · dum per alium cognitum fuerit maiori excommunicacioni subiaceat Si autem vero peccati causa fuerit latens · tantum abbati aut spiritualibus